

I. classis

# Feria Quinta in Cena Domini

✠

## AD COMPLETORIUM

### Prex poenitentialis

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatiónem: sed líbera nos a malo. Amen.

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et tibi Pater quia peccávi nimis, cogitatióne, verbo et ópere: *percutit sibi pectus* mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ídeo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos et te Pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.


Misereátur nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam.  
*R.* Amen.

Indulgéntiam, ✠ absolutiónem et remissionem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus.

*R.* Amen.




Ÿ. Convérte nos ☩ De- us sa-lu-tá-ris noster.




℞. Et a-vérte i-ram tu- am a no-bis.

### Psalmus 4



1. Cum invo-cá-rem exaudí-vit me De- us justí-ti-æ **me-æ**: \* in tri-bu-la-ti-óne di-



la-tásti **mi**-hi.

2. Miserére **mei**, \* et exáudi oratió**nem meam**.

3. Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde**? \* ut quid dilígitis vanitátem et quáeritis **mendácium**?

4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**: \* Dóminus exáudiet me cum clamávero **ad eum**.

5. Irascímini, et nolíte peccáre: † quæ dícitis in córdibus **vestris**, \* in cubílibus vestris **compungímini**.

6. Sacrificáte sacrificium justítiæ, † et speráte **in Dómino**. \* Multi dicunt: quis osténdit **nobis bona**?

7. Signátum est super nos lumen vultus tui, **Dómine**: \* dedísti lætítiam in **corde meo**.

8. A fructu fruménti, vini et ólei **sui** \* multiplicáti sunt.

9. In pace in **idípsum** \* dórmiam et **requiéscam**;

10. Quóniam tu, Dómine, singulár**iter in spe** \* constituísti me.


### Psalmus 90



rá-bi-tur.

2. Dicit Dómino: Suscéptor meus es tu, et refúgium **meum**: \* Deus meus *sperábo in eum*.
3. Quóniam ipse liberávit me de láqueo **venántium**, \* et a *verbo áspero*.
4. Scápulis suis obumbrábit **tibi**: \* et sub pennis *ejus sperábis*.
5. Scuto circúmdabit te **véritas ejus**: \* non timébis a timóre **noctúrno**.
6. A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte *in ténebris*: \* ab incúrsu et dæmónio **meridiáno**.
7. Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a *dextris tuis*: \* ad te autem non **appropinquábit**.
8. Verúmtamen óculis tuis **considerábis**: \* et retributióne[m] peccatórum **vidébis**.
9. Quóniam tu es, Dómine, **spes mea**: \* Altíssimum posuísti refúgium **tuum**.
10. Non accédet ad *te malum*: \* et flagéllum non appropinquábit **tabernáculo tuo**.
11. Quóniam Angelis suis **mandávit de** te: \* ut custódiant te in ómnibus **viis tuis**.
12. In mánibus **portábunt** te: \* ne forte offéndas ad lápidem **pedem tuum**.
13. Super áspidem et basilíscum **ambulábis**: \* et conculcábis leónem *et dracónem*.
14. Quóniam in me sperávit, **liberábo eum**: \* prótegam eum quóniam cognóvit **nomen meum**.
15. Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: † cum ipso sum in **tribulatióne**: \* erípam eum et **glorificábo eum**.
16. Longitúdine diérum **replébo eum**: \* et osténdam illi **salutáre meum**.

### Psalmus 133



1. Ecce nunc bene-dí-ci-te **Dóminum**, \* omnes *ser vi* **Dómi-ni**:


2. Qui statis in domo **Dómini**, \* in átriis domus *Dei nostri*.
3. In nóctibus extóllite manus vestras *in sancta*, \* et benedícite **Dóminum**.
4. Benedícat te **Dóminus ex Sion**, \* qui fecit *cælum et terram*.

Canticum: Nunc dimittis



1. Nunc dimíttis servum tu-*um*, **Dómi**-ne, \* se-cúndum verbum tu-*um in pa*-ce:

2. Quia vidérunt óculi **mei** \* salutáre **tuum**,
3. Quod *parásti* \* ante fáciem ómnium *populórum*,
4. Lumen ad revelatió*nem* **Géntium**, \* et glóriam plebis *tuæ* **Israël**.



mor-tem.

secreto

Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris: et ne nos indúcas in tentatió*nem*: sed líbera nos a malo. Amen.

aliquantulum altius

Vísita, quásumus, **Dómine**, habitatió*nem* istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: **Ángeli tui sancti** hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedíctio tua sit super nos semper.

Et sub silentio concluditur.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte  
Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sácula sæculórum.

℟. Amen.